

bo lo ipso in æternum. Secundum ar-  
gumentum est, *Ne forte tradat te adver-  
sarius judicii.* Est enim terrible incidere  
in manus Dei, citari ad judicium Dei, &  
coram Deo severissimo judice causam  
dicere accusāte adversario. *Quicquid*  
autem in hac vita transigitur, compo-  
nitur, & condonatur, id in vita altera  
similiter transactum, compositū, con-  
donatumq; est. Unde intelligere licet  
quanti Deus faciat charitatē proximi,  
cū illā à charitate sui divelli non fe-  
rat, adeoque sine proximo diligi recu-  
set. *Nimirum Deus est ipsa charitas, &*  
*hominem diligit quasi animam suam;*  
*Jere. 12.* Tertium argumentum est, *Ne*  
*in carcerem mittaris, unde nō ex eas, donec*  
*reddas nobissimū quadrantem.* Nimirum  
divinæ justitiæ consentaneum est, ita  
nobiscum agere prout nos proximū  
tractaverimus, & qua mensura alijs  
mensi fuerimus, eādem nobis metiri.  
Quocirca quicunq; proximo suo con-  
donare nō vult, ei Deum similiter gra-  
tiam nō exhibiturū, nec ullum pec-  
catū condonaturum, est manifesti jū-  
ris divini. In quam miserrimam con-  
ditionē qui propria sua culpa sunt ad-  
ducti, eos minima maximaq; peccata

.II. A. 3. I. æter-